Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et uidens eos laborantes in remigando. erat e-
nim uentus contrarius eis. / & circa quartam
uigiliam noctis. uenit ad eos ambulans sup
mare. & uolebat p̃ter eos. At illi ut uiderunt
eum ambulantem sup mare putauerunt fan-
tasma esse. / & exclamauerunt. Omnes enim eum
uiderunt. / & conturbati sunt. Et statim locu-
tus est cum eis. / & dixit eis. Confidite. Ego sum.
nolite timere. Et ascendit ad illos in naui. /
& cessauit uentus. Et plus magis intra se stu-
pebant. Non enim intellexerant de panibus. /
erat enim cor illorum obcecatum. Et cum trans-
fretassent pueneruntin terram genesareth. / &
applicuerunt. Cumque egressi essent de naui. con-
tinuo cognouerunt eum. Et peurrentes uni-
uersam regionem illam. / ceperunt eos in grabatis
qui se male habebant circumferre ubi audie-
bant eum esse. Et quocumque introibat in uil-
los. uel in uillas aut ciuitates. / in plateis po-
nebant infirmos. & deprecabantur eum ut uel
fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quot